



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LVI. Bischof Gernand von Brandenburg bestätigt und verändert die wegen der Marienkirche zu Koßwig von seinem Vorgänger getroffenen Einrichtungen, am 1. Mai 1230.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LVI. Bischof Gernand von Brandenburg bestätigt und verändert die wegen der Marienkirche zu Kofwig von seinem Vorgänger getroffenen Einrichtungen, am 1. Mai 1230.

In nomine sancte et individue trinitatis. Gernandus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus — Venerabilis Patris nostri Balduini Episcopi laudabilem institutionem non solum nostre approbationis assensu verum etiam nostre deuotionis affectu dignissimam Auctore Spiritu Sancto ratam habentes firmam et inuiolabilem volumus obseruari, iis duntaxat exceptis, que circa Preposituram Decaniam et statum prebendarum et qualitatem ipsarum duximus innovanda —. Testes — Johannes, Reinelius et Richardus Clerici nostri, Layci vero Ulricus dapifer, Henricus de Wallisleue frater eius, Henricus de Woldegen, Conradus Schlichting milites et alii quam plures. Datum Magdeburg, Kal. Maji, Anno gratie MCCXXX, Pontificatus nostri anno VIII.

Vollständig in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 313. Das Datum Pontificatus anno octavo ist wohl ein Fehler und VIII statt VIII — wie in der Urkunde gestanden haben mag — gelesen worden.

LVII. Der Papst Gregor IX. bestätigt dem Domcapitel seine Besitzungen und Gerechtsame, am 14. Dezember 1233.

Gregorius, episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et capitulo Brandenburgensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderium dignum est nos facilem prebere consensum et acta, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, villas, allodia, possessiones et alia bona, tam a venerabili fratre nostro, Brandenburgensi episcopo et suis predecessoribus, prout et ipsius episcopi litteris plenius continetur, quam a nobilibus viris, marchionibus Brandenburgensibus, et aliis Christi fidelibus ecclesie vestre pia et provida liberalitate concessa nec non libertates et immunitates, vobis rationabiliter ab eisdem indultas, ac antiquas et rationabiles ecclesie predictae consuetudines et hactenus observatas, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie eidem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem ecclesie prefate cautelam litterarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus duximus inferendum, qui talis est: In nomine *) etc. — presidente. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hac attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Laterani XVIII. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Originale.

*) Es folgt nun wörtlich die Urkunde vom Jahre 1217.